

V S V S.

Facit 1. ad consolationē: quod Deus propter Christum peccata nobis, si in illum credamus, ejusq; meritō freti veniam culpæ deprecemur, velit remittere.

2. Ad doctrinam, Deum plus nobis largiri, quàm petimus. Servus orabat Dominum, dicens: *Patientiam exerce in me.* At Dominus plane eum absolvit, debitumq; ipsi remittit.

DE III. LOCO.

Adeptā remissione peccatorum.

I. Ignoscamus & proximo.

1. Propter exemplum Patris cœlestis.

2. Quia omnes sumus conservi, & invicem alius alium facillimè potest lædere.

3. Propter magnitudinem debiti nobis remissi.

4. Ne conservi nostri apud DEUM nos accusent, & DEUS misericordiam suam nobis retractet.

II. Misericordiâ DEI non peccando abutamur.

V S V S.

Requirit quidem Deus à nobis, ut proximo nostro ignoscamus, nostra autem remissio non meretur, ut DEUS nobis peccata